



Fig. 5.

quando campanam è spiffiore vitro, cujus ambitus imus anulo vitreo alio, cum à vitrario pararetur, obvolutus erat majoris roboris obtinendi gratiâ, atque adeò, postquam tritus & expolitus esset, superficie plana annulari $\frac{1}{3}$. dig. circiter latâ orbi-

culum orichalceum undiquaq; contingebat; quòd, inquam, hæc campana pluribus antliæ agitationibus exinanita, non solum cum vacua adhuc esset, sed etiam, cum epistomio CD penitus extracto externo aëri liber iterum ingressus in campanam pateret, orbiculo ita adhæserit, ut inde removeri violentâ etiam manu, citra manifestum fractionis periculum, diu non posset.

Phæn. III.

IX. De vesica suilla flaccida, quæ intra campanam hanc etiam seipsam paulatim expandit ad proportionem exhausti aëris, non est quòd plura dicamus, quando simillimum huic experimentum, in recipiente sphærico antehac tentatum, fusius descripsimus Part. I. Colleg. Exper. Tentam.

Phæn. IV.

XIII. Phæn. VII. & VIII. Quin illud potius hoc loco commemoramus Phænomenon, quòd, cum fistulam seu canaliculum tenuem ac perforatum GH (Fig. 5.) imposuissimus orbiculo, & superimpositum eidem recipiens exhaustissimus, totam postmodo hanc novam accessionem antliæ ABCDF removerimus, & parte canalis imâ F intra catinum aquæ plenum